



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Tertio mo[n]stratus e[st] in specie flatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Her. pro festo pēte. De mysterio

lumba mea et venti. Glo. Foveas mihi pullos meos in foveis spiritus sancti. in foraminibus petre: Glo. i. in chiri vulneribus. Quorum ventus deuota preplatio nos inflamare debet ad amorem dei cuius causa precipua in nobis est spiritus sanctus.

Secundo monstratus est spiritus sanctus in specie nubis lucide. Ubi notandum quod nubes a terra eleuatur: refrigerius prestat. et pluuia generat. Spiritus sanctus hinc replet. Primo a terra eleuatur propter terrenorum et affectionem supernorum. Ezech. viij. Eleuauit me spiritus inter celum et terram et eduxit me in hierusalem in uisione dei. Cum igitur homini sapientia diuina et celestia: et desipit terrena et carnalia: signum est partem spiritus sancti. Ro. viij. Qui secundum carnem qui carnis sunt sapientur: qui autem secundum spiritum qui spiritus sunt sapientur. Et iuxta hoc dicit Gal. v. Fructus spiritus sunt charitatis: gaudium. Secundo refrigerium prestat contra incontinentia uiciorum. Spiritus sanctus uocatur aqua quia habet uim refrigeratiua. Jo. i. vij. Flumina de ventre eius fluunt aqua uiue. Hoc dicitur in eum. Hec ibi. Sicut itaque dicit Ro. viij. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram fortificando uicis contra temptationes. Tertio pluuiam lachrymarum generat. Ps. Flabit spiritus eius et fluunt aque. I. lachrymarum gementium uicis pro peccatis. ut dicitur. et pro dilanatione patrie celestis quemadmodum gementibus propheta spiritus plenus dicit. Deum mihi quod incoletatus me proplongat est.

Tertio monstratus est in specie flatus. Ubi notandum quod flatus leuis est: calidus: et ad respirandum necessarius. Sic itaque spiritus sanctus leuis. i. uelox est ad se diffundendum. Glosa super illud factus est repente de celo sonus etc. Hec ita tarda motus inflammandum. Lu. xij. Ignem ueni mittere in terram: et quod uolo nisi ut ardeat. Ubi et auster uento calido parat. Can. iij. Surge aquilo: et ueni auster profla hortum meum. Jo dicit Rom. xij. Spiritus feruetes. Sicut itaque calor naturalis signum est uite nature. Sic calor spiritualis signum est uite gratie. Aug. Vita anime amor est dei sui et proximi: qui non amat mortuum est. Bre. Probatio scitatis non est signa facere: sed unumquodque ut se di-

ligere. Aug. Dilectio sola discernit inter filios dei et filios diaboli. Tertio est necessarius ad respirandum. Ad hoc quippe necessarius est homini flatus? quod si ad horam subtraheret: homo continuo moreretur. Sic et de spiritu sancto intelligendum quod ad uitam spiritualem. Ps. Auferes spiritum eorum et deficiet et in puluere suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur etc. Et Jo. vij. Spiritus est qui uiuificat. Facit itaque spiritus sanctus eos respirare sepe? ad cor redeundo in quibus habitat. Ubi frequenter scie discussio et redargutio non solum de peccatis mortalibus: sed etiam de uenialibus: signum est partem spiritus sancti. Ut enim spiritus sanctus operum peccati mortalium: sic feruor charitatis qui est a spiritu sancto opponit ueniali. Jo. minima peccati palea intra cor quod possidet non patitur residere: sed statim igne subtilissime circumspectiois exurit spiritus ille suauis et dulcis: ut dicit Greg. in mora. Si ergo post dictum uel factum uel cogitatum homo discutit: ut in aliquo deliquit: hoc est signum spiritus sancti. Aplos. i. Cor. xij. Si nosmetipsos diiudicauerimus: non utique iudicauerimur. Bern. Diligat deus animam illam quod in prospectu eius sine intermissione se preloretur et sine diffinitione diiudicet seipsum.

Quarto monstratus est in specie linguarum ignearum. Superius autem in primo principali mysterio secundo articulo diximus quod apparuit in specie ignis: et ibi etiam dicta est ratio secundum Bern. quod apparuit in specie lingue ignee. Hinc autem specialiter dicitur etur sumus quod magis in specie lingue quam alterius membri. Propter rationem illam litteralem uicis quod ad hoc uenit spiritus sanctus? super apostolos ut possent loqui varijs linguis et sic predicare lege dei oibus nationibus gentium: Adhuc gnabim? tres alias rationes mysticas. Prima est propter gubernationem lingue diffinitam: propter quam specialiter indiget modelis ramis spiritus sancti. Jac. ij. Omnis natura bestiarum et serpentium et uolucrum et ceterorum domat et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest: est et inquietum malum et plena ueneno mortifero. Hec ibi. Jo bene dicit Eccl. xxvij. Attende ne forte labaris in lingua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi. et Pro uer. xvij. Dors et uita in manibus lingue. Secunda ratio est propter linguam bene gubernatam